

conclusum fuit evidentes ob causas, ut, quam primum examen ad finem sit perductum, ut more solito, tota facultas per decanum in hoc, ut promotorem baccalaureorum examinatorum et admissorum eligant, [congregaretur]. Congregata autem facultate decanus cum suis examinitoribus baccalaureorum cedere debet tantisper, donec a facultate uni examinatorum promovendi condicio C 206. oblata fuerit. Non autem debet alius quam unus ex illorum numero, || qui examini profuerint, ad illam provincia[m] suffocari[!]. Et is talis esse debet, qui tali negotio exequendo aptissimus a facultate iudicatus fuerit. Facta igitur electione statim electo condicio deferatur, qui, cum acceptaverit, confestim habitu philosophico indutus baccalaureos admissos tote facultati offerat, et petat: Siquidem constet illos examinatos et admissos esse, sibi promovendi potestatem concedi. Id si factum fuerit, petat nomina admissorum in facultatis promotorum album inscribi. Qua de re quilibet baccalaureorum duos gr. dare facultati tenetur, promotor vero quinque gr., que pecunia in solacium magistrorum de facultate est distribuenda¹⁾. Ne autem promotores id laboris frustra subire teneantur neve a baccalaureis unquam laboris sui premium postulare possint, per totam facultatem unanimiter conclusum est, cum idem fere sit labor, paucos aut multos simul promovere, ut promotori duo flor. semper ex facultatis erario tribuantur in laboris premium. Ne autem facultatis erarium gravetur, quilibet baccalaureorum ad minus pro instituenda promotione sex gr. decano offerre debet in compensationem eius pecunie, quam promotori ex fisco tribuere est astrictus. *

Examen Crucis inceptum est xv. Calendas Octobris.

Sept. 17.

Examinatores fuerunt:

mgr.	{	Paulus Bussinus rector et Saxo
		Casparus Landsidel Misnensis
		Christophorus Mantack Polonus
		Leonhardus Wolf Bavarus
		Urbanus Schacht decanus.

Hii²⁾ de baccalaureis censuram tulerunt xii. Calendas Octobris et ad- Sept. 20.
missi sunt:

Andreas Textor Weyßmonensis ³⁾	}	promoti a mgr. Casparo Lantsidel.
Sebastianus Kremel Amburgensis ³⁾		
Andreas Tüttel Lipsensis ³⁾		
Casparus Kolbe Glogoviensis ³⁾		
5 Paulus Pfluger Ihovensis ³⁾		
Ioannes Hofman Vorchemius ³⁾		

In⁴⁾ facultatis senatum coptati sunt mgr. { Casparus Lansidel
{ Georgius Zelerus.

1543 Wintersemester. 269. Rector Georg Czeler von Sprottau.

C 206.
N 101.

Georgius Zceler Silesius Sprottaviensis, collegii beatae Virginis collega, communitatis artium decanus xiii.⁵⁾ Octobris electus est anno a Iesu Christi Natali Oct. 13. millesimo quingentesimo quadragesimo tertio.

¹⁾ Dazu am Rando *Hoc sublatum anno 1552 decanatu aestivo infra.* ²⁾ Per quos sex baccalaurei admissi sunt, quorum nomina sequuntur. ³⁾ Heimath in C weggelassen. ⁴⁾ Fehlt in C. ⁵⁾ Datum fehlt in N.